

*132. Instrumentum venditionis di
Antonello de Stampis in favore della
chiesa cattedrale di S. Gerardo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*132. Instrumentum venditionis di
Antonello de Stampis in favore della
chiesa cattedrale di S. Gerardo*

1435-05-04

(c. 400v) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo
tricesimo quinto, regnante serenissimo domino nostro
domino Alfonso Dei gratia rege Aragonum, Sicilie,
Valentie, Mayorice , Sardenie , Corsice , comite
Bacchi(non)ie , duce Achinarum et Neopatea ac etiam
comite et Rossilionis et Toronice anno primo feliciter
amen, die quarto mensis madii, tertiedecime inditionis,
apud civitatem Potentie.

1

2

3

4

Nos Iacobus Carcialis annalis iudex civitatis Potentie,
Thomasius Strambus de Potentia publicus ubilibet per
provincias Principatus citra et ultra serras Montorie,
<sic> Capitinate ac Basilicate regia autoritate notarius
et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati,
presenti scripto publico fatemur atque testamur quod in
nostri presentia constitutus Antonellus de Stanp(is) de
Potentia, non vi, dolo, metus <sic> ductus, ut dixit, nec
aliquibus suasionibus circonventus, sed sicut sibi utile
et expediens visum fuit vendidit, alienavit et per fusti
<sic> tradicionem assignavit iure proprio et inperpetuum
venerabilibus <sic> viris domno Conicio de Bono Pari,
archipresbitero ecclesie Sancti Girardi de Potentia et
domno Luce de Zoffo, cantori predictae ecclesie et

Così S per Ceritanie

Così S per Barchinone

Così S per Athenarum

Così S per Neopatrie

procuratoribus, ut dixerunt, eiusdem ecclesie et totius capituli ibidem presentibus, ementibus nomine et pro parte dicte ecclesie et totius capituli et clericorum eiusdem ecclesie recipientibus, orticellum unum situm in tenimento civitatis Potentie, in contrata ubi dicitur Sanctus Iohan(ne)s, silicet prope orticellum condam Mazei de Romagnano et <a> duabus partibus iuxta vias publicas su(m)ptus, sup(ra) ab alia parte iuxta vineam terre <sic> Machie Capell(i) mediante limite comuni, iuxta terras Francisci de Lacupensule mediante sulco seu valloncello et // (c. 401r) alios fines ad habendum, tenendum, possidendum, utifruendum, vendendum, alienandum, permutandum nec non et quocumque modo voluerint dicti procuratores, capitulum et clerici presentes successive futuri alienandum, cum viis suis, accionibus et pertinenciis omnibus spectantibus ad dictum orticellum quovis modo intrandi et exeundi, cum reditu affixo in dicto orticello anno quolibet granorum decem, solvendorum dicte ecclesie Sancti Girardi. Pro quo quideem <sic> orticello vendicto <sic> et emptori ipsius, predictus venditor coram nobis confexus fuit se presentialiter et manualiter recepit et habuit a dictis procuratoribus solventibus nomine et parte dicte ecclesie, in carlenis argenti sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet computatis, usualis regni pecunie et ponderis generalis, tarenos quindecim, totum silicet precium venditionis ipsius. Item medietatem cuiusdam ysquitelli siti in tenimento civitatis Potentie, in contrata Pontis Sancti Heroncii, confinati ab una parte iuxta terram Ioannem de Stampis <sic> mediante budal(e) et decurse <sic> aquarum defluxentium <sic> ad molendinum Sancti Luce iuxta flumen magnum, ab alia parte iuxta viam qua itur

ad pontem predictum nec non omnem aut(oritat)e(m)
et accionem, p(roprie)tatem et dominium spectantes
eidem Antonello venditum, quocumque via, iure, forma
et modo, de cuiuscumque cursu aquarum sistencium
et repertarum in toto tenimento civitatis Potentie in
terris dicti Antonelli et ubique francas ipsas aquas et
liberas, absque solup(tion)e ducere et deferri facere
ad omnes terras dicte ecclesie et luminarie habitas
et infuturum habendas, ad omnem ipsius ecclesie et
luminarie libitum et voluntatem francas, liberas // (c.
401v) et assentes sine aliqua solup(tione), inpedimento
realiter vel personaliter fiend(o), per clericos quam
colonos lab(orant)e(s) in terris dicte ecclesie et luminarie
predicte pro irrigandis segetibus, linis et satorum omni
genere ipsorum ubicumque sistente <sic> in tenimento
civitatis Potentie, pro precio et nomine ultimi precii
inter eos conventi tarenos quindecim, totum silicet
pretium venditionis ipsius ysquitelli et aquarum decurse
<sic>. Quod totum precium venditionis dicti orticelli,
ysquitelli et concursi <sic> aquarum confexus fuit et se
presencialiter et manualiter habuit et recepit a dictis
procuratoribus pro parte dicte ecclesie et emptoribus, in
carlenis argenti ponderis ut supra, unciam unam, totum
et integrum precium venditionis ipsarum, promictens
dictus Antonellus venditor per se et suos heredes et
successores dictis emptoribus et procuratoribus dicti
capituli presentibus et recipientibus pro se ipsis, nomine
et pro parte dicte ecclesie et subcessorum ipsorum litem,
controversiam, ligium et calumniam de dictis orticello,
ysquitello et decursu aquarum ullo unquam tempore non
inferre nec inferrenti <sic> consentire vel absentire, sed
ipsam ratam, gratam et firmam ac rata, grata et firma
habere, tenere et inviolabiliter observare et numquam

contrafacere, dicere, opponere vel venire, in iudicio vel extra iudicium, de iure vel de facto, aliqua occasione, modo, ingenio seu tractare ac defendere, guarentire et disbrigare et de evictione giure <sic> teneri et perpetuo observare, sub pena unciarum auri quatuor, medietate silicet dicte pene regie curie vel alteri competenti curie ubi exinde facta fuerit reclamatio seu querela et alia medietate dictis procuratoribus emptoribus vel eorum subcessoribus persolvenda, me predicto // (c. 402r) notario tamquam persona publica pro parte dictarum curiarum et dictis emptoribus et procuratoribus pro se ipsis et eorum subcessoribus presentibus et <futuris> sollempniter stipulantibus penam ipsam. Qua soluta vel non soluta, commissa vel non commissa seu gratiose remissa, predicta omnia, sic predictae et fertur, et singula in suo semper robore et efficacia perseverent. Et renunciavit super hiis dictus venditor voluntarie et expresse pro cautela dictorum emptorum et subcessorum ipsorum exceptioni doli mali, vix et in factum, exceptioni deceptionis et fraude <sic> reique predicto modo non geste vel aliter habite quam superius continetur et est expressum, predictae pecunie non boni argenti, non libere <sic>, non ponderati, non habite, non recepte ac non numerate pecunie, legi ressissorie qua decepte <sic> ultra dimidiam iusti precii subvenitur et generaliter omnibus aliis auxiliis omnium iurium atque legum et specialiter iuri dicenti generalem renunciacionem non valere et iuri per quod cavetur quod dicto iuri renunciari non possit, quibus sufragantibus dicta venditio predictaque omnia possent in aliquo minui vel infringi; pro quibus omnibus actendendis et inviolabiliter observare <sic> et quod predicta omnia vera sunt, dictus venditor prefactis emptoribus et procuratoribus presentibus et recipientibus

coram nobis ad sancta Dei Evangelia corporaliter
tacta iuramento prestiterunt <sic>. Unde ad futuram
memoriam et dicti venditoris preces et prefatuorum
<sic> procuratorum emptorum et subcessorum eorum
cautelarum <sic> factum est presens publicum // (c. 402v)
instrumentum per manus mei predicti notarii, signo
meo solito signatum, mei qui supra iudicis ac notarii
subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

Così S per Curialis (da docc. coevi)

Così S per Comino (da docc. coevi)

Così S per Mathie

Così S per emptione

Così S per venditor

Così S per exemptas

Così S per litigium

Così S per tractatu

Così S persicut predictum est et prefertur piuttosto che sic-
fertur

Così S per nostrorum

Quod scripsi ego predictus Thomasius puplicus ut supra notarius, qui premissis omnibus rogatus et vocatus interfui ipsumque meo consueto signo signavi. Ego Antonellus de Roto ad contractus iudex vigore autoritate quorundam reginalium litterarum cum potestate m(od)o concessa per dictam magestatem <sic> quod possim me subscribere loco iudicum mortuorum, non quod fateor me interfuisse in presenti contractu, sed ut reper(i) in actis et protocollis notarii Thomasii Strambi subredutus, me propria manu subscrisse, proprio signo signavi. Ego Mathias Capellus testis sum Ego Filip(p)hus de Bonito <sic> testis sum Ego diaconus Nicolaus dictus presbite(r) sulvagus <sic>

15

16

17

18

Così S per mihi
Così S per subrogatus
Così S per mea
Così S per subscripsi